



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 29. Religionis negotia ad aliud tempus remissa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæc. XVI. A.C 1544. gantium compositione absolveretur. Pariter ibidem agebatur de discordia inter Cæsarem & Christiernum III. Daniæ Regem, qui Christiernum II. Caroli V. Levirum jam a longo tempore captivum detinebat: Verum hæc res nondum decidi poterat.

## §. XXIX.

*Religionis negotia ad aliud tempus remissa.*

Jam denique caussarum series eo tempore videbatur, ut de Religionis ac fidei diffidiis ageretur: cum vero profana Principum negotia potissimam temporis partem sibi jamjam vendicassent, Cæsar consultum fore censebat, si aliquæ causæ ad proxima remitterentur comitia, in quibus mense Decembri celebrandis velut pacis induciæ usque ad Synodum vel generalem, vel nationalem in Germania celebrandam decernerentur.

## §. XXX.

*Comitiorum Spirensium Decreta in favorem Protestantium promulgata.*

*Sleid. p 515.* *Surius com.* *Bellay l. 23.* Interea Cæsar, cum Lutheranorum factionem in dies numero ac potentia augeri cerneret, valida ab eis auxilia sibi pollicebatur, hinc, ut Protestantes Principes sibi devinciret, Decretum edidit,